Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift



55 recurramus. Serui autem dixerunt ei usque eradicetis
5 simul et triticum. Hic denique discretionis et tolerandi
malos habemus exemplum. ne si magis ulciscendo
talionem malis reddamus. bonis prebeamus scandalum
55 8 imitationis. Sinite utraque crescere usque triticum autem
5 congregate in horreum meum. Hic habere docemur longa
nimitatem pacientie. ut longanimitate iusticiam me
ditemur et in iudicio pacientiam non neglegamus.
55 Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile est regnum
5 celorum grano sinapis usque et habitent in ramis eius.
Granum sinapis predicatio est euglii et noticia scripturarum
que ducit ad uitam. Qui seminat sensus nostrum et animus
est qui suscipiens granum predicationis et humore fidei
fouens facit in agro pullulare pectoris sui. Que
minima est omnibus disciplinis. quia ad primam doctri
nam fidem non habet ueritatis. quando dominum qui est auctor
uite mortuum et scandalum predicat crucis. Hec phyloso
phorum dogmatibus multo minor esse uidetur comparata.
Sed quia eorum documenta in modum holerum emollita cito
crescunt et corruunt. hec minima cum iam in anima
credentis uel in toto mundo fuerit predicata non in holera
sed in arborem crescit ita ut in ramis eius idem dogmatum
diuersitatibus animae requiescant. Potest et in grano
sinapis dominice incarnationis humilitas designari
quod acceptum homo ioseph sepeliuit in horto. Creuit